

TESTIMONIA

9a (38 Md.) [Acron] ad Hor. Epod. 6, 14 (1, 404 Keller)

Hipponactem significat qui Bupalii filiam nuptum petiit et pro deformitate contemptus est. illud tamen verius volunt fuisse: Bupalum pictorem fuisse apud Clazomenas, civitatem Asiae. hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit: quo ille furore commotus tali eum carmine
 5 *perculit ut se laqueo suspenderet. unde nunc similis carminis vim maledico minatur Horatius.*

9b (38 Md.) Schol. [Γb] Hor. Epod. 6, 14 (1, 404s Keller)

Hipponax scilicet, qui poeta erat eloquentissimus, foeda et vitiosa facie. hunc Bupalus pictor in Panathenaeis pictum proposuit, ut risum moveret populo. ille iratus iambis eum ita fatigavit, ut vitam suspendio finiret. etiam
 10 *iste socerum suum, postquam se fraudavit, carminibus petiit.*

9c Porphy. ad Hor. Epod. 6, 14 (1, 199 Holder)

Hipponacta significat, qui aequae iambicis versibus Bupalum persecutus est.

9d Schol. [λφψ] Hor. Epod. 6, 14 (p. 230 Botschuyver)

Hipponactem significat poetam qui Bupalum generum suum iambis persecutus est aequae ut Archilochus, cui et comparat se.

9e Schol. [codd. Paris. 8223 et 17897] Hor. Epod. 6, 14 (4, 1, 169 Botschuyver)

15 *Hipponactem poetam significat, qui Bupalum generum suum iambis prosecutus est.*

°10 Ovid. Ib. 447s

*et quae Pytheides fecit de fratre Medusae
 eveniant capiti vota sinistra tuo.*